ut judiciis vestris confirmatus, habeam quo me deinceps adversus impetus tueri possim. Nam sicut nunc Judaei apud Pilatum praesidem negarunt sibi esse regem nisi Caesarem: ita isti praeter externum Magistratum Politicum custodiam nullam internam Christi aut censuram patiuntur. Sed haec hactenus. Polyander, quem et tu nosti, vecordis meliorem visit, et multum me diligit. Difficile ei certamen est cum malis ingeniis, quae communis conditio est omnium fidelium ministrorum. Nusquam enim desunt ejusmodi labes, neque placentes Deo, et obstantes hominibus, ne salvi fiant. Vale. Nam in palaestram meam revocor, ut nequeam tecum prolixius confabulari. ipsis Nonis Junii anni in schola Bremae 1573.

T. Studiosiss.

Johannes Molanus.

209)

M. Joh. Polyandro Emdae

Pax Christi.

[= Msc.r.a.7: Nr. 227]

Quum habeam nunc aliquid otii: nunc quantum vigilatis sit laboribus scribendis, absente istinc Commelino, ad eum virum merito me referam, qui cum post instar multorum illustris fiens Polyander, vir illustribus perquam eruditis literis posterioribus quoque in nomine vehementer te amo: et Commelinum amicitia, meaque observantia dignissimum puto. Sed ea quae de disciplina disputas, nuper animum meum rexerant, majoremque faciunt laborem, id quod ut doctrinae meae maxime congruit, ita piissimo cuique probatur, nunquam necessarium maximenta Ecclesiae conservandae. Itaque nuper ex illis tuis tertitavi ... Ecclesiae nostrae aliquot sententias, quum adverterem eam mecum Taricho, et paucis aliis doctis adduxissemque sicut fecerunt hi, grata huic mediae: ita illi Theologo magnopere placuerunt, et fuit inter nos aureis certatio, quae tamen intra fines modestiae continebatur.

Querebamur quod tandem vereretur, ne a nobis prolata Erastus
vel ab aliis, eiusdem sententiae sequutoribus, reducerentur Eccle-
siae ordinationem conventae disciplinae. Quod ut porro
in ista quidlibet audendi licentia, Ecclesiasticorum in
fidelium ludibriis exponantur. Querebatur etiam le-
gravissime, sic vocationis conatum debilitari, eorum
imprimis studiis, quos fuerant honeste ornare sperar-
ten, quam adepti essent. Scripsit illud. Nihilo minus
tem ostenderas? Erant mihi redditae ante paucos dies
Ulyssis nostri literae, ex his multa conjectamur, quae
nostrae infirmioris Ecclesiae deformitatem
exaggerabunt, Germanicae illius Ecclesiae conjectura
bene. Scribebat enim Ulysses sese illuc regressum
stitutas, neque caret successu. Nec admittere ad
ad publicationem Scripturae, nisi homines explorati fi-
dei, qui debitam Evangelio Jesu Christi professionem
ac praestent. Esse in suis auditoribus et Doct. Erastum,
sed eum (quod quidem mihi dictum sit) auditorem tan-
tum. Idem conari pastores ceteros, neque remissuros
brachia, priusquam quod cupiunt, effecerint, quando quod vo-
lunt non licet. Jucunda sane nobis ea commentatio fuit,
optimorum virorum (Graecos partim duo elegantes viri,
Polyandor, et Ulysses nobiscum communicarunt, par-
tim multa colloquentium sodalium [illegible] suggesserunt)
utilissima commentatione. Quamquam autem hic qui-
dem est fere in urbibus Saxoniae) [illegible] difficile sit ali-
quam aliquam incipere. Est tamen hic (Dei singulari
magno numero virorum ac mulierum, qui non tan-
tum meo, sed etiam pastorum nostrorum judicio, do-
ctrinae puritatem avidissime amplectuntur. Et jam
maturi sunt ad messem, facile ut, qui cor habet,
consideret, quod olim clarissimus Doctor a Lasco suos
labores huic Ecclesiae informandae impendit, minime
inanes fuisse. Imo sunt, qui non dubitent gloriari
ex iis, qui Emdensem Ecclesiam gubernant, vera san-
ctitate, et frequenti Evangelii obedientia, coetus
nostros vestris nequaquam esse deformiores.

De pietate vero, et de moribus fidelium loquor. Nam
illis scio nobis longe esse puriores. Atque haec cau-
sa est, quam ostendunt qui cum pecore vestro
plenis plaustris istuc transmeaverunt, vobiscum
conventuri. Equidem quidem, id esse vobis liberum,
sed tamen videtur esse mali aliquid in exemplo.
Praesertim cum nostri praecones, homines doctrina
et moribus integri, eam distractionem publice no-
tarint, et permoleste ferant. Ostendi eis bonum judi-
cium, nec ipse in eorum invidiam venire. Amo eos,
tum quod sint honesti, tum quia juxta mecum pere-
grini. Sed habent suum quendam illic auctorem,
cujus respectu mei monitus nullum habent pondus.
Vale. Nam intervenit Witebergicus tabellio, qui
literas flagitat, quas debeo Doctori Sebastiano, Theo-
dorico, saluta tuam conjugem et omnes amicos. Bre-
mae 10 Julii 1578.

Johannes Molanus.

210 M. Gualtero Varden Hamburgi.

Pax Christi.

Ferunt in Hollandia eos Principis lapsos esse. O dolor,
dolor. Sed haec sunt hujus temporis fata. Redimamus
tempus, vivisque ipsi nobis, quamquam viriliter, Dominum
exspectantes. Ut te satis novi, non potes in ista ur-
be sedem rerum tuarum, non de nihilo Paulus Timotheo
tam gravissime obtestatur per Deum et Christum
qui judicaturus est vivos, et mortuos. Κήρυξον τὸν
λόγον εὐκαίρως ἀκαίρως, scilicet ut non conten-
ti privata lectione sacrarum literarum: exigu-
am fidei nostrae scintillam, adminiculo vivae
vocis alere, et sanctorum consociatione ma-
jorem semper facere studeamus. Quod nisi fit, quid
tandem ratione effugiemus exulceratissimi hujus
saeculi contagia? Atque ut nos quotidie ferimus se.
Quid fiet familiae nostrae: uxori dico et libe-
ris, servis et ancillis, quos nostrae fidei man-
datos, necesse est aut sanctae doctrinae contabescere,

[= Mscr. a. 7. Nr. 228]